



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1634

84. Monoceros: Expressus è Plinio, Æliano, & alijs.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70090)

fissimis pilis, veluti fruticantur supercilia. Aures nec omnino breues, nec adeo longæ, partim hispida, partim etiam ad ligulas glabræ subrigent. Os omnino ternâ dentium pectinatim coeuntium serie, seu triplici vallo munitur, in speciem magnæ voraginis expanditur: sed præcipuum in cauda prodigium, magnitudine quippe non minor cubitali, asperis vndique spinis riger, veluti scorpionis aculeis spiculata, tantum & tam atrox telum fera bellua hæc in omnes partes, celeritate permagna. Nunc enim à tergo eductum protendit ad caput, nunc in terga reijcit, nunc in dextram, nunc in sinistram vibrat, simulq; emissas, quasi ex phætrea sagittas, ad iugeri spatium terribili fremitu iacularur, & si succensa rabies ardentius fuerit, vngues ipsos reuulsos de pedibus, in venatores intorquebit. Quid, quod voce est tam canora, vt imiterur fistularum modulus, tubarumque concentû? Quid, quod ea crudelitate est, vt humanis carnibus insaturabiliter expleatur? Quid, quod saltu sic potest, vt morari eam, nec extentissima spatia possint, nec obstacula latissima.

MONOCEROS.

Expressus è Plinio, Eliano, & alijs.

Descriptio LXXXIV.

DRACO INDICVS.

Expressus ex Philostrato.

Descriptio LXXXV.

Ἐἴσι δὲ τὰ ἰνδία δὲ οὐκ οἰοῦσι τοῖς μεγίσταις
 σαῶν λεπτότεροι δὲ διάτροφοι, καὶ τῆν
 ἀχμὴν ἀπεπτοί, καὶ ἄλλοι οἱ τὴν μέγα-
 λῶν ἰχθύων. οἱ δὲ θρεῖσι δράκοντες τὴν ἰνδία
 λῶν, χρυσοῖ φαίνονται, τὸ δὲ μέγεθος, ὑπὲρ
 πρὸς πεδινούς. γένεσι δὲ αὐτοῖς βοστροχάδῃ,
 χρυσῶν καὶ κίτρινων, καὶ κατοφροῦνται μάλλον,
 οἱ πεδῖνοι. θῆμα τε ὑποκάλυται τῆ ὄφρῳ
 δεινῶν, καὶ ἀναγδῶς δεδορκός ὑποκάλκον τε
 ἠχὰ φέρονται, ἐπεὶ δὲ τῆ γῆ ὑποκομῆναισι.
 ἀπὸ δὲ λόφων πυρσῶν ὄντων, πῦρ αὐτοῖς ἐτ-
 τοι, λαμπαδίᾳ πλεον, οὔτοι καὶ τοὺς ἐλέφαντας
 κέρσισιν.

MONOCEROS animal est Indicum, ferox, horribile, truculentum, non vnâ feram diceres, sed portentum ex multis belluis in vnum coeuntibus, ad terrorem humani generis fuisse constat. Corpore est instar equi, non modò procerò, sed valenti: capite ceruo; pedibus elephanto; cauda apro, rictu leonæ similis.

Eminet in media fronte nigrum cornu duorum ferme cubitorum, quo nihil asperius natura molita est, neque enim vt cætera cornua, aut concinnitatem habet vllam, aut leuitatem, neque pari vndiq; leuore riger æqualiter diffusum, sed ferri lima mordacius, multiplicibus in orbem gyris conuoluitur: hoc insolenter profusam capitis iubam quantiens, quasi strictum mucronem, longum, minacem, noxium, protēdit: currit autem quàm velocissimè, & magno sonitu, fremituque fertur, inaccessas montium solitudines, & densissimos saltus peragrans, quod si, aut lasciuia seminis, aut iracundia (vt solet) in funa genus exatascar, furit insaturabiliter, fodicat, vellit, infringit, laniat, quacunq; rapitur, huc furorem, huc insaniam, huc strages & funera reue crederes: at si fortè eximia virgo processerit obuiam, continuo furiales animalis iræ deferuescunt, mitescit animus, rectâ ad virginem pergit, demittit sese, blanditur, in eius denique sinu molliter conquiscit.

Vnt autem ingētibus porcis similes, membris, sed corpore graciles, & in quamcunque partem versatiles; rostro autem validissimo, tanquam ingentes pisces. Montani verò Dracones squamas habent coloris fului, longitudine autem excedūt campestres, barbaq; illis setosa, & ipsa coloris aurei, supercilia profundiora habent, quàm campestres. Oculi supercilijs subfunt, toruè, grauitèrque aspicientes: quibus perinde, ac si essent aenei, resonant, quando in terra serpunt; è cristis verò, quæ rubræ sunt, ignis scintillare videtur, & isti quoque elephantos capiunt.

CA.